

Nagy Imre–Páur Iván–Ráth Károly–Véghely Dezső: Hazai okmánytár. Codex diplomaticus patrius III. (Győr, 1866.)

[https://library.hungaricana.hu/hu/view/KozMagyOkmanytarak\\_HazaiOkmanytar\\_03/?pg=166&layout=s](https://library.hungaricana.hu/hu/view/KozMagyOkmanytarak_HazaiOkmanytar_03/?pg=166&layout=s)

159. oldal. 128. oklevél.

128.

Veszprém megye alispánja és szolgabírái, Odo zirci apát, Ajkai András és Demeter közt bizonyos ajkai birtokra nézve folytatott ügyben letett esküről bizonyítványt adnak. Apácavásárhely, 1349. nov. 12.

Nos magister Pethew de Barlag vicecomes Wesprimiensis Nicolaus filius Pauli de Zolok Johannes filius Andre de Ayka Judices Nobilium eiusdem conmitatus, damus promemoria Quod causam quam religiosus vir fráter Odo Abbas ecclesie beate virginis de Zirch in congregacione domini Nicolay regni hungarie Palatini feria secunda proxima ante festum Phenthecostes in appachasola (igy) celebrata, Contra Andreám filium Ayka de Ayka et deraetrium íilium Olop de eadem supercuiusdam possessionaria porcione in eadem Aykahabita, mouere voluisset Sed per conposiciones proborum virorum ipsam causam ad arbitrium proborum virorum ad feriam secundam proximam post festum corporis christi pari voluntate et consensu prorogassent, tandem ipso termino ad veniente nos, et infrascripti nobiles scilicet **Johannes de Gych Castellanus de Helgku** Anthonius de miske et laurencius filius Baruch de Jar, ad dictum arbitrium accessiseemus ad possessionem Bolde, et predicti Nobiles taliter arbitrassent interpartes, videlicet predictus dominus Abbas super predicta possessionaria porcione sola sua persona prestaret sacramentum vei instrumenta exberet (igy) super predicta possessione quia quidem dominus abbas nec instrumenta nec prestare voluisset, Sed idem dominus Abbas, et ceteri arbitratores ad Juramentum predictorum Andre et demetry commissorie arbitrando, quod ipsi feria quarta proxima post octauas festi sancti regis Stephani prestarent met quartus sacramentum prout moris prestare sacramentum ipso termino ad veniente idem Andreas et demetrius super triginta Jugera terre in facie eiusdem terre prestarent sacramentum coram nobis quiquidem (igy) predicte triginta Jugera terre taliter distinguntur quod incipit a capite cuiusdam putey rakatyaskut dicti, et tendit ad montem lezheg dictum ad partém meridiei, et abhic tendit ad metas Bokon et ibi terminatur,

Dátum in appachauassarhel feria quinta proxima post octauas festi Beati Martini confessoris Anno domini Mo CCO° XLmo Nono.

Ep eredetie hártýára írva, rongált állapotban a Thaly cs. birtokában levő Sándorféle levéltárban Csepen. A kívül rányomott három pecsétnek csak nyoma látszik.

V é g h e l y D.